



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincia Veneta. Domicilia, Capita, Aduentus R. P. Generalis, & aliorum
virorum Principum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66514)

MEDIOLANENSIS. 41

optimum maximum, nec non ad Deiparam
Virginem patronam peccantium eas preces
fundite, quas vestra vobis caritas præscribet.
quæ vobis relinquo pauca sunt, affectus in-
gens. & cætera. Dignus plane cui e suis spi-
ritualibus opibus rependat aliquid quicumq;
præsentis litteras perlegeret. ne spes eum fal-
lat, quam de Societatis caritate conceperat:
sed magnum sentiat se fecisse emolumentum,
dum nobis nihil singulare præscribit, nihil cer-
tum a nobis exigit, reque tota fidei Societatis
permissa nullis conditionibus cum ea tran-
sigit.

PROVINCIA VENETA.

Domicilia, Capita, Aduentus R.
P. Generalis, & aliorum vi-
rorum Principum.



Sationibus duodecim Prouincia
Veneta socios omnino trecentos
cōtinuit, quinquaginta Patavij,
vnum supra quadraginta Bri-
xiæ, quinque & triginta Venæ-
tijs, Triginta Nouellariæ, Quinque & vigin-
ti Buz

ti Bononiæ, Tres & viginti Ferrariæ, Vndeui-
 ginti Veronæ, Octonidemi Parmæ, atque Man-
 tuæ, Sexdecim Placentiæ, tredecim in Foroli-
 uij, Decem Mutinæ, Duo denique in Creta,
 Soluti humanæ militiæ vinculis octo; dederunt
 nomina quatuordecim. Potuit aliquandiu hæc
 Prouincia noua felicitate numerare inter suos
 Nostrum Reuerendum P. Generalem, qui a
 summo Pontifice missus in Cisalpinam Galliã
 ad pacem inter Parmensem Principem & Du-
 cem Mantuæ componendam, mirum in modum
 sola præsentia exhilarauit Collegia, Bono-
 niense, Mantuanum, Nonellariense, Parmen-
 se. Prohibeor persequi pluribus, quantũ cal-
 car nostris ad perfectionem addiderit, quantũ
 externis admirationis reliquerit pijs sermo-
 nibus, raris mansuetudinis, pietatis, humili-
 tatis, & cæterarum virtutum exemplis, qui-
 bus dubium omnino reliquit, vtrum honores,
 quos illi summos hi principes adhibuerunt
 personæ potius, an virtuti tribuerint. Præ
 hoc reticemus Cardinales Illustrissimos Ca-
 nanum, Sfondratum, & Borromæum; Serenis-
 simos Principes Bauari ducis filios, qui fami-
 liarissime inuiserunt ea nostra loca, quæ in
 eorum iter inciderunt.

Gymnasia.

PArma explicare cepimus casus conscien-
tia magno concursu ; non minore Paro-
thorum, clericorumque utilitate . Mutinae
vero duabus classibus Humanitatem , atque
Grammaticam primo ingressu numerauimus
centum discipulos . Brixiae scholae florent, ut
cum maxime, ita multi confluunt e vicinis
urbibus ; ut sine dubio plures excludantur,
quam admittantur . factum est ut Praeceptor
externus, qui tamen, & ipse e nostra officina
prodiit ludum litterarium aperiat prope Col-
legium, in quo tenuiores pueri tantisper eru-
diantur, & informantur, donec sint scholis no-
stris idonei . miras inde capimus utilitates . eo
satisfacimus importunis multorum ciuium
precibus, qui suos filios, quamuis ineptos, re-
cipi tamen a nobis efflagitant, etiam saepe re-
cipiendi essent magno magistri, aliorum disci-
pulorum, & gymnasii totius incommodo, eo
quasi nouo gradu subiecto altius extitit totius
gymnasii nostrarumque litterarum apex ; eo
denique redduntur quodammodo capaciores
vniuersae nostrae classes, ut longe plures perfi-
ciant, atque perpoliant . Inuentum omnino
percommodum, dignumque quod collegia ple-
raque imitentur .

Doctrina Christiana.

Facta semina disciplinae Evangelicae in pagos septuaginta, qui Veronae adiacent; tanto paganorum studio, ut ante lucem templum cum funalibus peterent. Mantuae instituta Congregatio, ut inter alia sit quoddam doctrinae Christianae quasi praesidium, atque fundamentum. Brixiae, quo solo eadem, & scilicet coli, & uberiore fructu demeti solet, explicata est sex templorum exedris. Ad eandem festorum dierum pomeridianis horis coguntur nostri discipuli, qui ut eos dies totos virtuti deuouant, mane a suis magistris, narrandis religionis exemplis, rebusque gestis virorum illustrium, grata, & spiritali collatione retinentur, & ad pietatem instituuntur.

Templa.

Mantuae nunc primum templum nostrum in quadragesima conciones, & reliquo anni tempore sacras lectiones habuit. Vidit in maiore hebdomada ducem Serenissimum, quem praeferentem Christi patiens imaginem prosequebatur longus ordo hominum supplicantium. Parmae in solenni ieiunio profuit, & placuit publica quaedam, sed breuis meditatio, in qua Sacerdos capita orationis
ita

ita explicando præibat, ita meditabatur cum Auditoribus, vt eos, & doceret orare, etiam ad orandum alliceret. Deinde extremo quasi colloquio armonico cantu psalmi alicuius reficiebantur animi, & Pater accepta summi sacramenti pixide, quæ patebat exposita, benedicebat populo, omnesque fausta prece, & cum gaudio summo dimittebat. Inuētum neque nouum, neque admirabile, dignum tamen quod referatur, & propter facilem imitationem, & propter nouum concursum utilitatemque singularem, quam hoc loco peperit. Bononiæ inter multos aliena reddētes, dignus est, qui commemorentur vnus, qui aureorum duo millia legitimo domino restituit.

Transiciones factæ ad fidem, sacrasque familias.

TRansierunt ad Christum Ferrariæ femina bina a Turcis, viri tres a Iudæis, & quibus etiam femina vna Mantuæ. Veronæ a sæculo ad varios ordines octodecim, ad nostrū quinque, ad quem etiam alij duo adolescentes ex congregationibus Patauinis. Eorum non reticenda est in societate colenda constantia, cum clausis scholis omnibus, nulla priuata ratione, sed sola beneuolentia ducti diuelli a nostris ædibus minime possint. Quidam sacrile-

crile-

crilegus apostata addens scelere scelus, vt isti
 hominum generi plurimum accidit, adiecit
 animum ad nefarias nuptias, rem transigit,
 postridie sibi adiuncturus erat uxorem, cum
 Deus ultor scelerum praeruens thorum, phe-
 retro nuptiales tadas hominis, facibus infe-
 ris, atque sempiternis commutauit. Alius
 eiusdem farinae vir, & suae ipse familiae deser-
 tor tam seuera certa que plitione Dei perterri-
 tus repente deserit aulam celeberrimi dyna-
 stae, in qua aliquot annos vixerat, aduolat Ve-
 netias, adit nostros eorum opera Deo, suaeque
 familiae reconciliatur. diuinoque consilio fit
 medicina vni mors alterius.

Reliquiae, & alia quaedam Societa- ti tradita.

Prouocat nos beneficijs Deus Optimus Ma-
 ximus, vt in eius amore progrediamur.
 Res familiaris Veneta creuit aureis mille du-
 centis. Veronensis mille trecentis. Brixienfis
 mille quingentis. Ferrariae binae domus em-
 pte ad angustias collegij nostri Laxandas.
 Easdem Parmae ita admirati sunt quidam dñi
 magna cupiditate collegium nostrum inuise-
 rent, vt exaedificationem promouere statue-
 rint, a nobis multo ante conceptam. Iam au-
 reos plus mille in eum finem sepositos habe-

mus,

mus, quorum quadringentos donauit Dux Ran-
nusius Farnesius, qui paternæ virtutis heres,
ita nos colit, vt in eo viuere credamus Ale-
xandrum. Porro Mutinenses non stabiliti
minus annuo reditu trecentorum aureorum,
& situ accomodatioris nostris vsibus, quam
robore sacrorum osium, quo templum, & fir-
matum est, & exornatum. Ea fuere bina ca-
pita alterum vndecim millium virginum, al-
terum ex cohorte Sancti Gereonis, duæ item
tribus militum Thebæorum, quæ omnia cum
Pontificis, & Archiepiscopi litteris Colonia
nobis dono sunt allata.

PROVINCIAE FRANCIA, ET AQUITANIA.



IEMPORVM calamitas, ac
bellici tumultus, quibus afflictæ
est hoc anno vniuersa Gallia fe-
cerunt vt itinera infestæ essent
suspicionibus, militibus, latro-
nibus, omnia interciperentur, quare & ipsū
literarum commercium, aut nullum fuit, aut
admodum tenue, atque periculosum. eam ob
causam in duabus Prouincijs Francia, &
Aquitania, neque mitti, neque colligi de mo-
re po-

re po-